IDEM CVM EODEM ROBORE

ad dictam Interusam vicissim in toto referens. Idque sub vadio
Trium Millium Florenorum pecunie polonicalis per partem Parti cum Successoribus
utriusque Partis in Casu non complecionis Contentorum Interesse prefato
omnium et singulorum tam in parte quam in toto tot quot opus fuerit ad
solvendum Succumbentis. Preterea Memorate Partes utraque recognitas
se suosque successores inter sub bonis suis generalibus omnibus ac summis quibuscumque
pecuniis habitis et habendis mutuo et invicem una Pars alteri ac
Posteris utriusque Partis inscribunt et obligant presentem Inscriptionem
presentem roborantem ex his Actis Castrensibus Premisliensibus autentice deprom:
ptam ad Acta Trium Premisliensium sive Trium Preuorum ante decursum
unius anni sive Coniunctim sive divisim transfere et transportare sub
vadio seorsive alterius Trium Millium Florenorum pecunie polonicalis per partem
Parti ac Posteris utriusque Partis ob non transportationem Inscriptionis presentis
per tempore et loco supra expressis ad solvendum Succumbentis. Pro quibus quidem
vadio vel vadiis modo premisso ad solvendum Succubitis, ac re aliqua premissi
ex premissis non completa complendis premissis Citata Ex una Pars una pre:
missa non tenens aut eius successores ad Instantiam Partis alterius premissa te:
nentis aut eius Pororum Ad offerendum presens Castrense Capitaneatus Premisliensis
extunc recessu supra scripto quoad respondendum spectat mediante. Semper in pri:
mo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadia
prefata luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebitur
ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat. Eundem Terminum
primum peremptorium et alios omnes Consequentes Causae eiusdem Termi:
nos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorenitate Suc:
cessorum legione Intra vel extra Regnum servicio militari ad muni:
menta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impe:
dimentis non differentes ad quietionem ultra proxime Terminos officii prefati
Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendam nullasque moneas appel:
lationes earumque prosequiones faciendas ac premissa omnia penis simplicibus
vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris presentis Terrestri
bello convenientiis et aliis quibusvis Juris remediis et defensis non subter:
fugientes hac sua presenti personali recognitione ad premissa omnia mediante

Ribinski Inscriptionem Reformationis Cassat super Quam Cassationem Consors Consentit.

Comparens personaliter coram officio Actisque presentis Castrensis Capitanei Premisliensis Ge:
nerosus Mathias Rybinski sanus mente et corpore existens a Terminis di:
ctis Juribus Jurisdictionibus suisque quibusvis propriis et competentibus recedens hu:
ic autem Jurisdictioni Castrensis Capitanei Premisliensis quoad actum presentem ac:
tinet se cum successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et plenarie in:
corporans et subiciens palam libere publice ac per expressum recognitum. Quia
ipse Inscriptionem Terrestrem Premisliensem Reformationis per se recognoscentem Ge:
nerosa Theophila de Ryti Consorti suae legitimae super summam Novem Mil:
lium Florenorum polonicalium rationem dotis Capitaneam acceptae et alteram summam vidlem
Novem Millium Florenorum polonicalium rationem dotalicii in et super tota et integra
Medietate omnium generalium bonorum suorum factae et recognitae cassat mortifi:
cat eandemque cum omnibus illius condicionibus vadiis et aliquem in
toto mutilat presentem recognitionem ad premissa mediante.
Et hic subinde coram eodem officio et Actis presentis Castrensis Capitanei Premisliensis
personaliter comparens praedicta Generosa Theophila de Ryti supradicti
Recognoscentis Generosi Mathiae Rybinski Consors legitima Cum Gene:
rosorum Christophori Sredzinski de Sredne et Alberti Wyszanowski Ami:
corum suorum de linea Paterna praeterea consanguineorum assistentes et ultroneo
ad Infra dicta recognoscendum consensu sana mente et corpore existens a
Terminis dictis Juribus Jurisdictionibus suisque quibusvis propriis et competentibus
recedens huic autem Jurisdictioni Castrensis Premisliensis quoad actum presentem
attinet se cum successoribus bonisque suis generalibus omnibus totaliter et plenarie incorpo:
rans et subiciens palam libere publice ac per expressum recognitum. Quia ipsa super Cassa:
tionem Supradictam Inscriptionis Reformationis Terrestris Premisliensis per praedictum Mariti
suum super summam praefatae dotis et dotalicii factae recognitae consentit
eandemque Inscriptionem Reformationis in toto cassat mortificat et annihilat
ac abeat et summam utriusque dotis et dotalicii recedit nullum Juris
praetextum sibi et suis Dotis ad premissa omnia reservans imo perpetuam rationem premissam
silentio imponens.

Ribinskich Coniugum Mutua Adui:talitas.

Comparentes personaliter coram officio Actisque presentis Castrensis Capitanei
Premisliensis Generosi Mathias Rybinski ab una et Theophila de